



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XIV. De officio Diaconi ministrantis Sacredoti in Mißa solemni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

.XIII.
cedit ad Pra
tione porrigit
Cum ipse Episc
m, tum Cele
Asperforium
culis & incli
re, cum debi
c genuflexos,
nt, vt ipse Ce
post profunda
ne fit, quando
bens superio
tionis tempo
rdine quo in
Altare genu
rem reueren
tilitatem. De
es m, &c. ante
Missalis Anti
t enim vt di
persionem a
od inchoatur
ribitur Episc
omano, & in
i, aut ab Alta
test, vt alius
o & stola co
Celebrans al
ncursus vt in
rgendi popu
rti super pel
nde.
narum ad An
Patri, sed post
mediate An
ostes tantum
ha & Pente
io cum aqua
pidie

pridie benedicta baptismali accepta ante infusionem olei & sacri Chris matis; vt in Missali.

§. 13. Minimè probandus est vsus quarundam Ecclesiarum in quibus post versum *Gloria Patri & Filio, &c.* statim Cantores repetunt tantum hæc verba *Lauabis me, & super niuem dealbabor,* quia est contra Rubricam Missalis.

§. 14. Ex Rituali Romano, & ex praxi vrbis, & multarum Prouinciarum in Vigilia Paschæ solet fieri asperio per domos, & alia loca à Parocho, aut alijs de eius licentia, quæ consuetudo valde laudabilis extat, ideoque retinenda, & introducenda vbi non est.

§. 15. Canonici & alij quicumque de Choro, durante asperione à principio vsque ad finem stare debent, delecto capite; & dum ante ipsos Celebrans cum asperorio accedit debent illi caput inclinare, & asperionem aqua benedicta, reuerenter excipere:

*Carem Episc.
lib. 2. cap. 31.*

TITVLVS XIV.

De officio Diaconi ministrantis Sacerdoti in Missa solemni.

i. Diaconus Euangelium cantaturus in Sacristia lotis ac terfis manibus, tempestiuè sua accipiet paramenta, à latere dextro paramentorum Celebrantis collocata, aliquo ex Clericis adiuuante, & primò accipiet Amictum, quem in medio osculabitur, qui crucis figura carere non debet, eumque sibi aptabit circa collum, ita vt Collaria regat, mox Albam, & Cingulum accipit, succinctus Alba sibi circum circa eam aptari faciat, vt æqualiter fluat; tum Manipulum osculatur vbi est Crux & imponit suo sinistro brachio, mox stolam prius in medio, vbi crux est, deosculatam, super humerum sinistrum imponet, & sub suo brachio dextro firmiter alligari faciat; demum accipiet Dalmaticam nisi essent temporaria, quibus ipse & Subdiaconus planetis plicatis vti debent.

*Carem Episc.
lib. 2. cap. 31.*



a. Sic

2. Sic paratus stans ad dexteram Celebrantis adiuvat, si opus est, induendo Celebrantem suis paramentis. Deinde ibidem adhuc stans antequam egrediantur è Sacristia nudo capite ministrat nauiculam ut thus imponat thuribulo eodem modo ut infra notatur & factâ reuerentiâ Celebranti & Cruci in Sacristia procedit ad Altare.

3. Cum eundem est ad Altare, incedit cooperito capite, iunctis manibus, immediatè ante Sacerdotem, atque perueniens ante infimum gradum Altaris caput detegit, & factis cum Sacerdote debitis reuerentijs Altari; illi Missam inchoanti à dextris illius iunctis manibus stans respondet simul cum Subdiacono, & Celebrante se signante, aut inclinante ipse se pariter signat & inclinat, præterquam quando Celebrans dicit *Confiteor* & ipse cum Subdiacono *Misereatur* nam tunc illo Altari profundè se inclinante ipse cum Subdiacono stat erectus (nisi quod erga Celebrantem capite inclinato proferant verba *Misereatur tui*) quando verò ipse cum Subdiacono incipit *Confiteor* Celebrante se erigente, Altari profundè inclinat, donec per illum dictum fuerit *Misereatur*, & ipse cum Subdiacono responderit *Amen*, & cum dicit in Confessione *Tibi Pater*, & *Te Pater* aliquantum conuertit se ad Celebrantem, & cum dicit *Mea culpa* ter pectus manu dextrâ percurit, sinistra infra pectus positâ.

4. Vbi ventum fuerit ad Altare, atque Celebrans illud osculatus fuerit, Celebranti paululum uertenti se, ut ponat incensum in thuribulum, Diaconus Nauiculam, & Cochlear subministrabit hoc modo.

Cerem. Epif.
lib. 2. c. 23.

5. Diaconus acceptâ à Thuriferario Nauiculâ thuris; Cochlear in ea existens sine thure dabit Celebranti cum osculo Cochlearis & manus Celebrantis; deinde offeret eidem nauiculam decens

dicens versus Celebrantem parum inclinatus: *Benedicite Pater Reuerende* thuriferario interim offerente thuribulum.

6. Imposito per Celebrantem thure recipit Cochlear, illud ac manum Celebrantis rursus osculans, nauiculam cum Cochleari in manu Thuriferarij dimittit.

7. Mox Diaconus accipiens de manu Thuriferarij Thuribulum, summitatem catenularum dextrâ manu tenens, à se deosculatam, ponit in sinistram Celebrantis, & easdem catenulas prope thuribulum sinistrâ tenetur ponit in dextram Celebrantis, eam similiter osculando.

8. Deinde Celebranti Altare thurificanti à dextris assistit, & comitatur eleuando sinistrâ Plana eam partem quæ est circa brachia Celebrantis, vt non impediatur & genuflectens semper dum transit ante Crucem, licet Celebrans tantum se inclinet.

Gauantus part. 2. tit. 4. § 7 litt. 1. & h.

9. Post thurificationem Altaris Diaconus in cornu Epistolæ de manu Celebrantis cum osculo manus eiusdem & Cateualatum accipit thuribulum, ipsum Celebrantem triplici thurificat ductu, facta ante & post incensationem Celebranti profunda capitis inclinatione & statim Thuriferario reddit thuribulum, ambabus manibus prout tenet.

Gauantus loco citato

10. Postea cum Subdiacono sibi à dextris astante iunctis manibus ante pectus, stat à dextris Celebrantis; cum Celebrans dicit Introitum; *Ad gloria Patri, &c.* cum illo caput inclinat versus Crucem Altaris; atque Celebranti ibidem loci dicenti *Kyrie eleyson* alternatim responder.

Rubr. genera Miss. tit. 4. num. 7. Gauantus part. 2. tit. 4. n. 7. litt. 1.

11. Quo dicto, ibidem adhuc eodem modo stans expectat donec moueat se loco Celebrans inonaturus hymnum *Gloria in excelsis*, quæ subsequitur eodem passu per secundum Altaris gradum,

O 3 & stabit

t. XIV.
Celebranti
brantem sui
stans ante
capite mini
thuribulo co
entia Cele
ad Altare.
cedit coo
mediate ante
simum gra
cum Sacet
Missam in
us stans re
celebrante se
er signat &
ebrans dicit
eratur nam
e iple cum
erga Cele
verba Mis
ubdiacono
te, Altari
ctum fuerit
esponderit
si Pater, &
Celebran
manu dex
ra.
que Cele
i paululum
uribulum,
bministra
Nauiculâ
ure dabit
& manus
uiculam
deens

& stabit post Celebrantem dum intonat Hymnum *Gloria in excelsis Deo*.

*Compend.
Carem. cap.
17. num. 5.*

12. Si Celebrans lecto ab ipso *Kyrie eleyson* voluerit sedere donec idem *Kyrie eleyson* per Chorum absoluitur, factâ Cruci genuflexione sequitur Celebrantem per breuiorem viam à latere Epistolæ ad scamnum seu sedes positas in cornu Epistolæ, vbi sedet cooperto capite à dextris Celebrantis.

*Gauantus
loco citato.*

13. Si sederint, finito per Chorum ultimo *Kyrie eleyson*, surgit; & dimisso bireto in scabello aut scamno, præcedit Celebrantem per planum Cappellæ, & facta in medio Altari genuflexione manet stans in loco suo post Celebrantem, donec ipse Hymnum *Gloria in excelsis* intonaueit.

*Compend.
Carem. cap.
17. num. 5.*

14. Intonato à Celebrante dicto Hymno *Gloria in excelsis* facta continuè in loco suo genuflexione, ascendit ad dextram Celebrantis & cum eo submissa voce, dictum Hymnum prosequitur iunctis manibus caput inclinans ad verba *Adoramus te, Gratias agimus tibi, Iesu Christe, suscipe deprecationem nostram*, & in fine cum Celebrante dicendo *Cum Sancto Spiritu* manu dextra signat se à fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum, sinistra infra pectus posita, interim absolvens *in gloria Dei Patris Amen*.

*Gauantus
p. 2. tit. 4. n.
7. lit. n.*

15. Finito hymno, ac facta genuflexione, si Celebrans voluerit sedere, iterum, vt supra, cooperto capite à dextris Celebrantis sedet, quod tamen ad verba supra notata Hymni, dum in Choro cantantur cum inclinatione aperit, in fine tamen dicti hymni non se rursus signo crucis signat.

*Gauantus
ibidem.*

16. Si autem Celebrans non sederit, manet stans ad dextram Celebrantis à principio vsque ad finem dicti hymni cantati à Choro; se inclinans cum in Choro supradicta verba ad quæ inclinandum cantatur. Finito que à Choro Hymno, facta

facta genuflexione descendit ad secundum altaris gradum, & vnus stat post alium.

17. Dum Celebrans dixerit in medio Altaris *Dominus vobiscum* pergit cum eo ad cornu Epistolæ, ibique stans post tergum Celebrantis donec is cantando absoluerit Orationem, vel Orationes, si plures dicendæ, & deficiente Cæremoniario vel Presbytero assistente vertit folia Missalis, si opus est, non genuflectens in accessu & recessu. Statimque recedit post Celebrantem.

18. In quatuor temporibus & alijs quando dicendum est, *Flectamus genua* post Celebrantem primus omnium utroque genu flectendo illud intonat, hoc tono.

Rubr. gener.
Miss. Tit. 5.
num. 5.



fle ct a mus ge nu a

19. Finita oratione seu orationibus Subdiaconus cantante Epistolam vadit ad dextram Celebrantis, assistens illi dum legit *Epistolam, Prophetiam, Graduale, Alleluia, Tractum*, aut alia vsque ad *Munda cor meum* exclusiue.

20. Dum in Choro cantatur vltimus versus *Gradualis, Tractus, Alleluia*, aut *sequentia* tempestiue accipit librum Euangeliorum de Credentia vel de gradu Altaris sub cornu Epistolæ si ibi sit, aut de manu Cæremoniarum seu Acolythi, qui illum inde sumptum subministrat; deferens ante pectus ad Altare factaque in primo eius gradu genuflexione, ascendens collocat librum Euangeliorum in medio Altaris versus cornu Euangelij, deinde facta Altari reuerentia, nauiculam cum Cochleari à Thuriferario acceptam ministrat Celebranti vt in principio Missæ præscriptum, & reddita Thuriferario Nauicula, genuflexus

Cærem Epif.
lib. 1. cap. 13.

Flexus in medio superioris altaris gradus, iunctis manibus ac inclinatus dicit Secretò,

Munda cor meum & labia mea omnipotens Deus qui labia Isaie Propbeta calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignam mundare, vt Sanctum Euangelium tuum dignam valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Orantus
part. III. c.
n. 5. litt. c.
& seq.*

21. Tum surgens resumit librum de Altari, & genuflexus in superiori eius gradu velos Celebrantem statem in cornu Euangelij, non omninò conuersus ad eum, petit benedictionem dicens intelligibili voce. *Iube Domne benedicere qua habita osculatur dextram manum Celebrantis, portansque, vt supra, ante pectus librum Euangeliorum clausum, descendit ad infimum gradum Altaris, ibique cum alijs Crucis facta reuerentia genuflexionis, & alijs omnibus procedentibus, vltimus omnium procedit ad cantandum Euangelium.*

*Cerem. Epif.
lib. I. c. 9.*

22. Cùm erit in loco vbi Euangelium solet cantari, ponet librum apertum in manibus Subdiaconi, vel in Legili, & iunctis manibus ante pectus dicit cantando *Dominus vobiscum* cum dicit *Initium* vel *Sequentia Sancti Euangelij*, &c. manu sinistra super librum vel pulpitem posita, pollice dextro signat signo crucis primò librum in principio Euangelij cantandi, & mox sinistra infra pectus retracta se ipsum in fronte, ore, & pectore; deinde accipit thuribulum thurificat librum triplici ductu, primò in medio, secundò à parte dextra, & tertio à sinistra ipsius libri redditoque thuribulo Ceremoniario aut thuriferario, manibus iunctis, incipit & profertur Euangelium, & cùm profert verba ad que

it. XIV.
adus, iuncti
s,
a omnipoten
ulo mundat
ione dignan
n tuum dign
ominum no
n de Alari,
gradu vestis
gelij, nos
edictionem
ne benedicu
n Celebra
librum E
simum gra
facta reue
preceden
cantandum
liam solet
ibus Sub
us ante pe
cum dicit
&c. manu
ra, pollic
n in prin
stra infra
& pecto
churificat
dio, se
ra ipsius
ario auc
e profe
verba ad
que

quæ est inclinandum aut genuflectendum, versus
librum inclinat & genuflectit.

Tonus Euangelij.



Dominus vobiscum *Sequentia Sancti*



Euangelij Secundum Mattheum in illo



tempore dixit Simon Petrus ad Iesum,



Ecce nos reliquimus omnia & secuti



sumus te quid ergo eris nobis & vitam



eternam possi debet.

Tonus cantandi Euangelium secundum
modum Coloniensem.



Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo:

Deinde cantatur sic:



Sequentia Sancti Evangelij secundum



Matthaeum vel secundum Lucam.

Deinde responsum a Ministro, vel à Choro: Gloria tibi Domine, in dno simili initialia verba haec, In illo tempore, in cantu nunquam terminari, sed semper cum verbis, *Dixit Iesus discipulis suis, vel, Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis, &c.* coniungi debent sic:



In illo tempore, Dixit Iesus



discipulis suis. In illo tempore




cum appropinquasset

Interro-

Interrogationes in Euangelio occurrentes, si vere in-
terrogationes sint, & non historicè tantùm ponantur
(sicut illud Ioannis, *Qui & recubuit in càna super pectus
eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te? & paulò infra
illud: Et non dixit eis Iesus: Non moritur; sed, sic cum volo
manere don-c ventam, quid ad te*) hoc modo cantari de-
bent.



Tu es qui venturus es, an a lium



expectamus.

Terminatur autem Euangelium sic.



Benedictus qui venit in nomine



Domini.

23. Finito Euangelio, si principium textus
quod à Celebrante osculari debet, in præcedente
folio est, vertit folium, & in plano medio ante
infimum gradum Altaris cum debitis inclinatio-
nibus, statim ac Celebrans librum osculatus fue-
rit, triplici illum thurificat ductu, redditoque
thuriferatio thuribulo post Celebrantem stabit
donec interrogauerit si dicendum sit, *Credo*, & tunc
accedens à dextris Celebrantis submissa voce
cum Celebrante & Subdiacono profequitur
Symbolum vsque ad finem; & ad verba *Iesus
Christum,*

Castaldus
Praxi Car.
lib. 2. sect. 17.
num. 8.

secundum

tu tuo

secundum

m.

Historia
cc. In illo tem-
emper cum
propinquasset

us

ore

Interro-

Christum, & simul adoratur caput cum alijs inclinans, ad illa autem *Et incarnatus est* vsque ad *Et homo factus est* inclusiue genuflectens, & in fine ad illa *Et vitam venturi saeculi, Amen.* Signat se cum alijs à fronte ad pectus. Tum sedet cum Celebrante; vel manet stare à dextris Celebrantis, iuxta suprà dicta circa *Kyrie eleyson, & Gloria in excelsis.*

Quantum

part. 1. tit. 7.

n. 1. Litt. O.

¶ p.

24. Quando cantantur à choro suprà dicta verba *Et incarnatus est, &c.* ad *Crucifixus* inclusiue, si sedeant, cum alijs inclinēt se aperto capite; si non sedeant, flectat cum illis in secundo gradu Altaris.

Presm. Episc.
lib. 2. ca. 2.

26. Cum in choro cantatum fuerit *Et homo factus est* accedens solus sine comite ad Credentiam, si in illa calix sit cum bursa, accipit Bursam cum Corporali, quàm ad oculos vsque eleuatam am-
babus manibus portat ad Altare, incedens solus graui & decoro incessu & facta reuerentia genu-
flexionis in medio ante infimum eius gradum
Cruci, extrahit ex Bursa Corporale, quod explicat, & extendit in medio Altaris collocans à parte Euangelij bursam, ita vt Altare non impediat, & factis debitis reuerētis redit ad locum, vbi prius erat. Quando non dicitur *Symbolum* Subdiaconus defert Bursam simul cum Calice, vt in officio eius dicitur.

Rubr. gener.
Miss.

26. Absoluto à Choro Symbolo, vel si non sit dicendum; Dum Celebrans dicit *Dominus vobiscum & Oremus* stat retrò post eum, & mox ad dextram eius accedens, amouet Calicem à medio Altaris, ad cornu Epistolæ, si ibi sit, deregit, & dat patenam cum hostia Celebranti, osculando eius manum: Si verò calix erat in credentia, vt magis decet, & corporale simul cum eo per Subdiaconum afferatur, extenso prius Corporali in medio Altaris, dat patenam Celebranti, vt
suprà.

27. Quod

27. Quod si aliæ Hostiæ pro communione populi faciendæ in alio calice seu vaseculo sunt consecrandæ, detegit calicem illum seu vaseculum, & aliquantulum eleuat cum Celebrans dicit: *Suscipe Sancte Pater, &c.* & statim reponit post calicem, ita ut non præbeat impedimentum, & regit: & postea dum Celebrans prolaturus est verba consecrationis, iterum detegit, & post consecrationem regit.

Carem. Epif. lib. 2. ca. 29.

Gavantus p. 3. tit. 7. no. 9. lit. B.

28. Mox tertium à Subdiacono Calicem accipit sinistra tenens nodum eius, dextra infundit vinum ex ampulla de manu Subdiaconi accepta, quantum sufficiat, Celebrante inspiciente, & imposito per Subdiaconum modico aquæ, ac finita per Celebrantem oratione *Deus qui humane, &c.* dat Calicem Celebranti cum quo pedem illius tangens, seu brachium dextrum Celebrantis sustentans, eleuatis oculis simul dicit: *Offerimus tibi Domine, &c.* deinde calicem in Altari positum palla cooperit: mox Subdiacono in cornu Epistolæ stanti, in dextram manum nudam tradit patenam, quam cooperit extremitate veli ab ea parte dependente.

Rubr. gener. Miss. 111. 73. num. 9.

29. Dicto per Celebrantem *Veni Sanctificator, &c.* Diaconus adhuc stans in cornu Epistolæ ministrat illi Cochlear, nauticam thuris, & tradit thuribulum, ut supra, in principio Missæ, dum verò thurificantur oblata, stans ad dextram Celebrantis, sinistra simbriam casulæ, dextra verò pedem Calicis tenet; ne fortè dum Celebrans oblata thurificat thuribulo tactus è loco remoueat, ut aliquid ex illo effluat, & cum thurificanda est Crux altaris amouet illum ad partem Epistolæ, non tamen extra Corporale, si capax est, eaq; thurificata in locum suum in medio Corporalis reponit: deinde assistit Celebranti à dextris eiusdem usque ad finem thurificationis Altaris.

Carem. Epif. lib. 1. ca. 9.

Gavantus part. 2. tit. 7. no. 10. lit. B.

30. Re-

it. XIV.

cum alijs in-
est vsque ad
rens, & in
Amen. Signat
m sedet cum
is Celebran-
on, & Gloria

o supradicta
ifixus exclu-
aperto capi-
in secundo

t Et homo sa-
credentiam,
sursam cum
uatam am-
edens solus
entia genu-
us gradum
quod ex-
collocans à
non impe-
locum, vbi
olm Sub-
lice, vrin

vel si non
ominu vo-
& mox ad
em è me-
t, detegit,
i, osculan-
credentia,
a eo per
Corporali
anti, ve
27. Quod

*Cærem. Epif.
lib. 1. cap. 9.*

30. Recepto denique thuribulo de manu Celebrantis cum de osculationibus eiusdem manus & thuribuli, incensat eundem triplici ductu, factâ antè & post profunda capitis inclinatione Celebranti, mox incensat Chorum, & postremò Subdiaconum tenentem Patenam, & postea redidit thuribulo Thuriferario vel Cæremoniatto, ab eodem stans iunctis manibus in loco suo post Celebrantem incensatur duplici ductu; ibique stans permanet vsque ad finem *Præfationis* nisi forte Presbytero assistente deficiente, Celebranti assistere ad vertenda folia Missalis cogatur, quando opus est.

*Canonius
part. 2. tit. 7.
n. 11. litt. f.*

31. Circa finem *Præfationis*, facta in loco suo post Celebrantem genuflexione ascendit ad Altare, ubi à dextris Celebrantis, stans inclinatus, dicit cum eo, *Sanctus, Sanctus, &c.* cum dicit *Benedictus qui venit, &c.* cum Celebrante se erigens facit cum eodem signum Crucis à fronte ad pedtus. Et dicto ultimo *O Sanna in excelsis*, repetita genuflexione, discedit.

*Cærem. Epif.
lib. 1. cap. 9.*

32. Deinde accedit ad sinistram Celebrantis, ei que apud librum assistit, cum dicit *Canonem*. (nisi alius Sacerdos ibi assistat, quia tunc ipse staret ad dextram aliquantum post Celebrantem.) Cum autem Celebrans dicit *Quam oblationem, &c.* Diaconus facta prius genuflexione, ubi est, accedit ad eius dextram, ubi in supremo Altaris gradu genuflexus, dum Celebrans eleuat hostiam consecratam, ipse sinistra eleuat aliquantulum posteriorem partem planctæ, ne illum impediatur in elevatione brachiorum, reposita hostia super Corporale, surgit, & antequam discooperiat calicem consecrandum cum Celebrante prius adorat cum genuflexione Hostiam ab eo super Corporale positam, & detecto manu dextra Calice, iterum in loco pristino genuflexus

*Canonius
part. 1. tit. 8.
n. 8. litt. g.*

Et sic & dum Celebrans eleuat Calicem rursus subleuat Casulam, & Calicem super Altare repositum palla cooperit, & facta cum Celebrante Sacramento genuflexione redit ad librum, nisi alius ibi assistat, quo casu redit ad locum suum post Celebrantem.

33. Cum Celebrans dicit ea verba Canonis *Per quem hæc omnia, &c.* facta prius in loco suo genuflexione, accedit ad dextram illius, & postquam tertio signauerit communiter super hostiam & Calicem, eum detegit cum Celebrante genuflectens & surgens; & dum Celebrans signat cum hostia dicens: *Per ipsum & cum ipso, &c.* duobus digitis dextræ manus tenet pedem Calicis, ac reposita hostia super Corporale, iterum regit, & cum Celebrante genuflectit: tum redit ad librum, vel si alius assistat redit ad locum suum.

34. Cum Celebrans incipit *Pater noster*, facta Sacramento genuflexione, vadit retrò post eum, & stat ibi vsque ad illa verba, *& dimitte nobis debita nostra* quæ cum dicuntur, facta ibidem genuflexione vadit ad dextram Celebrantis, vbi in cornu Epistolæ accipit Patenam de manu Subdiaconi, quam discooperiens & purificatorio extergens ponit in dextram Celebrantis cum de osculatione illius.

35. Celebrante submitte Patenam hostiæ, detegit Calicem, ac immissa per Celebrantem particula hostiæ in Calicem, iterum eum regit, semper cum Celebrante genuflectens ac surgens: postea ibidem capite inclinato versus SS. Sacramentum cum Celebrante dicit *Agnus Dei, &c.* ter dextra percussiens pectus suum, sinistram intra pectus habens.

36. Dicto cum Celebrante *Agnus Dei, &c.* ibidem à dextris ipsius genuflexus expectat pacem, & cum Celebrans osculaturus est Altare, se erigens

Rubr. gener.
dit 8. n. 9.

Carem. Epif.
lib. 1. cap. 9.

Gauantus
part. 2. tit. 10.
n. 4. litt. m.

Rubr. gener.
Miss. n. 3.

Carem. Epif.
lib. 1. cap. 9.

Gauantus
part. 1. tit. 10.
num. 3.

Rubr. gener.
Miss. tit. 1.
num. 8.

erigens simul osculatur illud extra Corporale, tunc sinistram genam sinistrae Celebrantis appropinquans ab eodem dicente, *Pax tecum*, complexus accipit pacem, respondens, *Et cum Spiritu tuo*: deinde facta ibi iterum Sacramento genuflectione, vertit se ad Subdiaconum post Celebrationem stantem, similiter dat ei pacem prout Celebrans ipsi dedit, postea iterum ante Sacramentum genuflectens redit ad librum, nisi alius ibi assistat.

Canonus
part. 2. tit.
10. n. 8. lit. e.

37 Dum Celebrans dicit *Domine non sum dignus*, &c. stat profundè inclinatus, manibus iunctis ante pectus, & casu quo alius assistat ad librum, vel Subdiaconus nondum redierit ab osculo pacis, post sumptam à Celebrante hostiam, accedens ad eius dextram, discooperit calicem. Quod si Subdiaconus redierit ab osculo pacis ad ipsum hoc spectat faciendum, Diacono seruiente ad librum.

Canon. Epif.
lib. 2. c. 29.
30. & 31.

38. Si faciendâ sit communio, & hostiæ consecratae non sint super Altare Diaconus cooperato Calice cum palla, eoque posito paulò ultra medium Corporalis, versus cornu Evangelij collocat in medio Corporalis Pyxidem cum Sacris hostijs. Quod si verò ea extrahenda sit de Tabernaculo aperit ostium Tabernaculi genuflectit, & reuerenter acceptam Pyxidem Sanctissimi Sacramenti, reponit super Corporale, remotoque à Pyxide opereulo rursus genuflectit, & ad latus Epistolæ accedens profundè inclinatus dicit *Confiteor*, &c. deinde dicto à Celebrante *Misereatur*, &c. & *Indulgentiam*, &c. à dextris Subdiaconi in medium genuflectens ante alios omnes communionem sumit (maximè enim Diaconum decet, saltem diebus Dominicis & Solemnibus nisi sit Sacerdos communionem de manu Sacerdotis cui ministrat percipere) & post

Concil. Trid.
sess. 23. c. 13.

& post acceptam communionem Diaconus dextra purificationem, sinistra mappulam ad os abstergens ministrat, ijs, scilicet qui de Clero sunt, non laicis, quibus purificationem dabit alter de Clero, Diaconus autem eo casu ad dextram Celebrantis accedit ibique ministrat & assistit, donec perficiatur Communio, qua finita accedens cum genuflexionibus cooperit pyxidem, rursusque genuflectens eandem reponit in locum suum & claudit ostiolum.

Gavantius part. 2. tit. 1. n. 9. litt. c.

39. Postquam Celebrans se purificauerit, digitosque abluerit, nisi alius assistat ad librum, transfert illum cum puluinari ad cornu Epistolæ cum genuflexione ante medium Altaris, & seruit ad librum Celebranti vertendo folia dum opus est vel stat post eum prout res postulauerit usque ad finem Missæ.

Rubr. gener. tit. 11. n. 3. Gavantius ibidem.

40. Diaconus, a feria quarta Civerum vsque ad feriam quartam maioris hebdomadæ in Missis de feria dicto per Celebrantem Oremus pro oratione super populum, facta prius genuflexione versus Altare, vertens se per latus suum dextrum ad populum, iunctis manibus demissisque ad terram oculis, dicit cantando.

Rubr. gener. Miss. loco cit.



Humiliate capita vestra Deo.

quo dicto vertit se iterum per eandem viam ad Altare.

41. Finitis orationibus dicto per Celebrantem Dominus vobiscum, & responso per Chorum, Et cum spiritu tuo, præmissa genuflexione conversus ad populum dicit cantando iunctis manibus in tono competenti *Ite Missa est*, si dicendum sit.

Gavantius part. 4. tit. 11. n. 3. litt. e.

it. XIV.
Corporale, t
tis appropin
a, complexus
n Spiritu tuo
nto genufle
st Celebran
prout Cele
e Sacramen
nisi alius ibi

non sum dig
manibus iuo
assistat ad li
edierit ab of
te hostiam
erit calicem,
culo pacis ad
OBO seruic

hostiæ con
nus cooper
paulò vltra
u Evangelij
em cum Sa
benda sit de
ernaculi ge
xidem San
Corporale,
um genufle
ofundè in
cto à Cele
n, etc à dex
ectens ante
c (maximè
us Domini
communio
it percipere)
& post

fit, alioquin non conuersus ad populum cantat *Benedicamus Domino*, vel *Requiescant in pace*, pro qualitate Missæ, tono, ut in Missali præscribitur.

42. Dum Celebrans benedicit populo, Diaconus super secundum Altaris gradum conuersus ad Altare genuflectit, manuque sibi format crucem à fronte ad pectus ut solent Laici.

*Cauentur
loco citato.*

43. Quando Celebrans legit *Euangelium S. Ioannis* stat aliquantò post Celebrantem, ad sinistram eiusdem, & dum Celebrans signat se, aut inclinatur ipse pariter se signat, aut inclinatur, & cum dicitur *Et verbum caro factum est* genuflectit ibidem cum Celebrante versus librum, & in fine respondet *Deo gratias*.

44. Denique descendens cum Celebrante ante infimum gradum Altaris, ibique à dextris ipsius genuflexione reuerentiam exhibet Altari, simul cum Celebrante; deinde biretum porrigens Celebranti cooperto capite discedit ad Sacristiam ante Celebrantem, Subdiacono & alijs præcedentibus, ibique facta imagini reuerentia, & depositis Sacris vestibus recedit in pace.

ANNOTATIONES.

Tam officium Diaconi quàm Subdiaconi concernentes.

Quoniam plurima sunt in quibus Diaconus & Subdiaconus conueniunt, & quæ simul eodem modo in Missa agere debent, visum fuit præcipua illorum prius sigillatim annotare, quàm annotationes quæ solum Diaconum concernunt, notentur.

I. Diaconus & Subdiaconus sumptis paramentis suis, exceptis manipulis ambo Celebrantem adiuant, dum paramentis suis induit se.

II. Manus ita iunctas ante pectus tenere debent, ut non sint sub Dalmatica, aut Tunicella recondite.

III. Quoties genuflectit Celebrans in medio eorum, aut surgat, ambo eum adiuant brachia eius sustentando, & si fiat cum pausa planetam eius posterioriorem

riorem aptant super pedes eius, vt ad versum *Et incarnatus est, & alia.*

IV. Quoties aliquid offerunt prius illud, deinde manum Celebrantis, cum verò recipiunt, prius manus deinde rem ipsam osculantur, præterquam in Officio Defunctorum, & quando expositum est patenter SS. Sacramentum.

V. Ad Confessionem ante Altare ambo simul genuflectunt, se signant cum Celebrante ambo simul respondent, se inclinant, & non profundius vnus quam alter & ambo simul dicentes *Tibi Pater, & tu Pater, & Misereatur tui,* se conuertunt ad Celebrantem, & cum ibidem Celebrans ascendit ad Altare eleuant hinc inde vestes anteriores Celebrantis.

VI. Ambo simul adiuuant Celebrantem dum incensat Altare, eleuantos hinc inde partem posteriorem planetae eam accipientes paulò infra humeros.

VII. Ambo simul respondent *Kyrie eleyson.* Ambo simul Hymnum Angelicum, Symbolum, *Sanctus,* & *Agnus Dei,* & quando ea recitant vnus non recitet altius altero, sed ambo vniformitatem in omnibus seruant, quantum fieri potest.

VIII. Nullus ex ijs librum teneat præ manibus in tota Missa, immò nec Missa' ipsum, sed ante Missam omnia ita præuideant, vt in eo indecenter querere & inuestigare non sit opus ea, quæ cantare debent.

IX. Dum procedunt à tergo Celebrantis, ad illius latera prius genuflectant simul, & Diaconus aliquantulum secedat in suo gradu à parte Epistolæ expectans socium vt ambo simul accedant ad ipsius latera: & antequam recedant ab eo ibidem genuflectant: non verò in locis suis.

X. Quando genuflectunt ad Altare, manus non ponant super illud, sed eas teneant ad pectus, similiter quando ibidem percutiunt pectus, manum sinistram pectori admoueant.

XI. Ambo etiam æqualiter distent à Celebrante siue initio Missæ, siue sint ad Altare.

XII. Quando Celebrans pluuiali est indutus ambo simul procedunt, hinc inde ad latera eius eleuantos à parte sua anteriores partes pluuialis. Ideò vnusquisque attendat diligenter ad socium suum, vt vniformitatem, quantum fieri potest, in omnibus seruent, siue in inclinationibus, sessionibus, genuflexionibus & alijs huiusmodi.

XIII. Quan-

XIII. Quando Celebrans vult sedere prius sedet & si duo postea sedeant, fiat illi reuerentia aduocando capite, & prius surgant & deponant bireta suam quam Celebrans.

XIV. Caueant diligenter quando retrocedere debent verbi gratia, quando debent descendere ab vno gradu ad alium licet proximum, vt non directe retrocedant, sed aliquantulum recedant ad hunc, vt aspiciant locum ad quem descendunt, vel accedunt, cum indecens sit, sic retrocedere.

ANNOTATIONES

in Officium Diaconi.

§. 1. Diaconus diligenter considerate debet se esse ex præcipuis Ecclesie ministris, & nobiliorem gradum obtinere inter eos, qui Sacerdoti simplici celebranti ministrant. Quapropter maximam puritatem, tam corporis, quam animæ ad Diaconatus ministerium necessariam, inseruire debet.

§. 2. Cum secundum plurimos Doctores, ministri mortaliter peccent cantando Epistolam seu Evangelium in peccato mortali constituti, ideoque Diaconus & Subdiaconus Euangelium seu Epistolam in Missa solemni cantaturi omni cura & sollicitudine caueant, ne vnquam alicuius peccati mortalis sibi consciij sine Sacramentali Confessione aut saltem contritione Missæ solemni, ordinem Diaconatus aut Subdiaconatus exercendo, assistant.

*Cærem Episc.
lib. 1. cap. 9.
& 10.
Cavanus
part. 2. tit. 1.
n. 2. list 7.*

§. 3. Tam Diaconus quam Subdiaconus habitu decenti Clerici induti, corona in capite paulo minori, Sacerdotali insigniti esse, & iuxta Rubricas, & Cæremoniales Episcoporum collaria Amictu circumtingere, Chirotecas, manicas, aliaque manuum impedimenta, tempore ministerij, deponere debent.

*Octavianus
Frangipanius
de diuinis
officijs n. 87.*

§. 4. Numquam tam Diaconus quam Subdiaconus a Sacerdote cui inseruiunt, recedere debent, ne quidem vt Chorum cantando iuuent, sed perpetuo, quo ad completum fuerit Sacrificium ei ad Altare assistere: aut si Celebrans sedeat hinc inde vtrumque eius latus confedendo claudere.

§. 5. Cæremonias hic alijsque in libris præscriptas accuratissime obseruent, cum omni vultus maturitate, morumque modestiam & grauitate; vt ne se inuicem

em quidem, nisi ministerij duntaxat sui causa, multò minus alios aut Clericos, aut Laicos inuerecundis oculis vel aspiciant vel alloquantur.

§. 6. Diaconus accedens in Sacristiam ad ministrandum primò accipit Missale Celebrantis, perquirat Missam, & signacula eius disponit, & deinde illud curat deferri ad cornu Epistolæ Altaris & quidem apertum in folio vbi est Missa, tum in libro Euangeliorum perquirat Euangelium decantandum, illudque legit, ne fortè postea erret cantando illud

§. 7. Si ob aspersionem aquæ benedictæ, Candelarum benedictionem, & alia huiusmodi, ipse Celebrans pluuiali, vel etiam tantum Alba cum stola indutus sit, à dextris illius incedit simbrias pluuialis eius attollens, quod facit etiam Subdiaconus à sinistris.

Carem. Episc.
lib. 1. c. 15.

§. 8. Dum procedendo ad Altare, transire contingat ante Tabernaculum SS. Sacramenti, à dextris Celebrantis, nudo capite flectit vnicum genu, sed si sit expositum, vtrumque. Idem de Subdiacono dicendum.

§. 9. Quando Sacristia vnde discessit, sit in parte Epistolæ, ipse Diaconus cum primo Ceroferario, & Thuriferario, prope cornu Epistolæ paululum, retrocedant, vt Celebranti transeunti ante eos locum dent.

§. 10. Dum Diaconus eum Celebrante ascendit ad Altare, ne quidè illud contingit, sed suo loco genuflectit, & statim surgit, quod semper obseruat etiam si celebretur in Altaribus vbi non est Sacramentum, sed sola Crux cum imagine Crucifixi.

Epitoma
Sac. Rit. Tib.
4. n. 6.

§. 11. Dum Diaconus Celebranti reuerentiam faciet, solè capitis, vel ad summum humerorum inclinatione fiat.

§. 12. Quando Diaconus iuxta Rubricas generales Missalis ministrare debet cum Planeta ante pectus plicata, dum cantatur *Graduale* vel *Tractus* accepturus librum Euangeliorum, eam deponit, quæ tunc conuoluitur, vel alia iam conuoluta & plicata ponitur super sinistrum eius humerum & stolam, & sub brachio dextro Chordulis ad id aptatis strictè colligatur ne decidat, & sic permanet quousque Celebrans sumperit communionem quâ sumptâ reassumit Planetam vt priùs.

Carem. Episc.
lib. 2. cap. 13.
c. 18.

§. 13. Cum Celebrans incensat Crucem & Altare incedit eum eo, & semper genuflectit eum eodem dum transit ante Crucem, licet Celebrans tantum se inclinet.

§. 14 Dia-

lere prius seden
rentia adhuc
onant bireta
do retrocede
decent descende
um, vt non d
n recedant ad
ndunt, vel acco
e.
S
re debet se esse
nobilioem gra
ti simplici cele
nâ puritate, tam
es ministerium
etores, ministri
am seu Euange
ideoque Diacon
Epistolam in
& sollicitudine
ti mortalis sibi
one aut saltem
Diaconatus au
diaconus habitu
te paulò minor
ubricas, & Co
nictu circumte
manuum in
deponere do
tiam Subdiacon
ere debent, ne
sed perpetuo,
a ei ad Altare
nde vtrumque
libris præscrip
vultus manu
e; vt ne se inui
cem

Genuansus
part. 2. tit. 4.
n. 7. litt. h.

§. 14. Diaconus in accipiendo thuribulo à Celebrante osculatur primo manum eius, tum catenularum Summitatem, eumque incensat, cum inclinatione semper profundâ ante & post, cui Celebrans nec modicum quidem caput inclinat.

Genuansus
ibid. litt. l.

§. 15. Quando Diaconus & Subdiaconus stant vnus post alium, Diaconus se locat super secundum gradum, & Subdiaconus in plano Capellæ formantes lineam rectam.

Epist. Thef.
Sacr. Rit.
Tit. 4. n. 10.

§. 16. Quando Diaconus, & Subdiaconus ascendant ad Altare, faciunt prius genuflexionem in medio unde discedunt, sed non debent aliam iterum facere ad Altare: & vice versâ quando discedunt ab Altari genuflectunt, sed nullam aliam faciunt genuflexionem reuersi ad loca sua.

Cerem. Epi.
lib. 3. c. 9.

§. 17. Quando Diaconus & Subdiaconus cum Celebrante legunt Hymnum Angelicum, Symbolum, Sanctus, aut Agnus Dei, submissa voce illa prosequuntur cum Celebrante, simul & non alternatim, non tamen præueniendo, sed potius subsequendo vocem ipsius Celebrantis.

Genuansus
ibid. litt. g.

§. 18. Diaconus non tenetur in fine orationis submissâ voce dicere Amen; nec ad alia ad quæ respondet Chorus quod quidam putauerunt; satis enim est, quod à Choro respondeatur Sacerdoti.

§. 19. Dum Celebrans sub Missa sessurus est, portigit ei biretum cum quasi osculo illius, & eleuat partem posteriorem planetæ ne super eam sedeat, tum accepto suo bireto, eleuatâque etiam parte posteriori dalmaticæ suæ, & facta profundâ inclinatione Celebranti iam sedenti, & parua Subdiacono adhuc stanti, sedet à dextris ipsius Celebrantis recto capite, & manibus hinc inde super genua extensis, & digitis simul iunctis; Ibi autem caput nudat & inclinât ad nutum Cæremoniarum.

Rubr. Miss.
p. 2. tit. 4 n 7

§. 20. Aliqui præscribunt, si Celebrans non sedeat, post dictum Hymnum Angelicum, aut Symbolum, Diaconum & Subdiaconum debere stare post Celebrantem; sed videtur hoc contrarium Rubricis Missalis, habetur enim in Rubricis Missalis quoties minister stare debeant vnus post alium, in Missa scilicet, dum Celebrans solum inchoat *Gloria in excelsis* & *Credo*, dum dicit *Dominus vobiscum*, Orationem; Præfationem; & *Pater noster* & post Communionem, ergo non in alijs casibus quàm eo loco præscriptis.

§ 21. Dum

§. 21. Dum Celebrans dicit Dominus vobiscum stat Diaconus post eum, non tamen se inclinans, aut planetam eiusdem excolulans.

§. 22. Diaconus defert librum Euangeliorum ad Altare circa tempus Euangelij cantandi nullo comite comes enim datur Ministris ad aliquid cantandum, aut quando exeundum est à presbyterio.

§. 23. Cum Diaconus petit benedictionem genuflectit, reliqui ministri stant (nisi coram Episcopo celebretur) quia eo casu omnes ministri genuflectunt.

§. 24. Tum petit benedictionem à Celebrante dicit *Inbe Domne benedicere non autem Domine* quia.

Cœlestem Dominum terrestrem dicit Domnum.

§. 25. Cantari debet Euangelium versus Aquilonem inter Altare, & populum quod idem est contra Altare versus populum, & reuera verba Rubricæ quæ alioquin pugnare viderentur inuicem, non pugnant, sed locum & situm quasi medium indicant, ita vt Diaconus, neque totus sit contra Altare, neque totus versus populum, sed inter vtrumque, faciem sistat suam.

§. 26. Diaconus solus cum debitis reuerentijs, portat Bursam Corporalium sine comite, & vadit per viam breuiorem ad credentiam, per longiorem ad Altare.

§. 27. Diaconus dat patenam cum hostiâ celebranti, osculando eius manum, sed osculatâ prius patenâ, nam est regula generalis. Vt quotiescunque aliquid tradatur Celebranti, prius res, quæ tradatur, deinde manus Celebrantis, sed è conuerso quando aliquid accipitur ab eo, prius osculanda est eius manus, deinde res quæ accipitur. Quod semper seruetur præterquam in Missis Defunctorum, & quando expositum est Sanctissimum Sacramentum, in his enim casibus omituntur prædicta oscula, vt etiam supra dictum est.

§. 28. Diaconus aduertat, vt dum Celebrans signat super hostiam & Calicem, vt partem Casulæ circa brachium eius semper aliquantulum sustineat.

In Missa solemn. dum Celebrans dicit *Quam oblationem* Diaconus accedit ad eius dextram factâ prius genuflectione vbi est Altare. Si adest pyxis cum patellis consecrandis eam detegit, & collocat propè hostiam ante consecrationem, depositâ vero hostiâ post consecrationem factâ cum Celebrante genuflectione pyxidem cooperit, & collocat in loco pristino.

§. 29. Dia-

Gauantus part. 2. tit. 5. litt. h.

Gauantus ibid. litt. m.

Gauantus part. 2. tit. 6. n. 7. litt. r.

Gauantus part. 2. tit. 7. n. 9. litt. n.

Carem. Epif. lib. 1. c. 9.

Gauantus part. 2. tit. 8. n. 2. litt. q.

Tit. XIV.
uribulo à Cele
tum carentulo
um inclinatio
Celebrans ner
aconus stant v
per secundum
ella formant
iaconus ascen
onem in medio
iterum facere
dunt ab Altari
nt genuflexio
conus cum Ce
, Symbolum,
lla prosequun
natim, non ta
uendo vocem
orazionis sub
d quæ respon
fatis enim est
us est, porrigit
eleuat partem
at, tum accip
osteriori dal
ne Celebranti
stanti, sed et
e, & manibus
tis simul iun
id nuntum Cz
ns non sedeat,
t Symbolum,
re post Cole
Rubricis Mis
quoties mini
Missa scilicet
xcellis & Cred
m; Prafatio
em, ergo non
s.
§ 21. Dum

Cerem. Epif. lib. 1. c. 9. §. 29. Diaconus quoties Calicem detegit totiesg
nuffetit adorans Sacramentum prius & post.

Car. Epif. lib. 2. c. 16. §. 30. Cùm Celebrans signat cum hostia dicens
Gauantus ipsum & cum ipso Diaconus tenet duobus digitis de
tra manus pedem Calicis.

part 2. tit. 10. n. 9. §. 31. Si assistens paratus Celebranti assistet, hic ac
cipiet pacem à Celebrante & dabit Clero, Diaconi
autem tunc recipiet pacem ante Clerum ab eodem
assistente & dabit Subdiacono.

§. 32. Quia Diaconus post thurificationem obla-
torum omnes in choro incensare debet, diligenter
ipsi obseruandum est, primo quis ordo seruandus in
thurificatione personarum; deinde vt numerus thu-
rificationum obseruetur pro qualitate personarum
quæ thurificantur. Quod spectat ad personas quæ in-
censanda sunt primo thurificato Altari thurificatur
Celebrans, tum Legatus Cardinalis, si aderit, vel et-
iam Cardinalis non Legatus, mox Archiepiscopus il-
lius prouincia si aderit, & post eum Episcopus non
Celebrans, sed præsens in Sacrificio, post quem immo-
diatè Presbyter assistens, & duo Diaconi assistentes
nisi adsint maiores Episcopo, & in casu quo non sit
Episcopo assistentia.

Cerem. Epif. lib. 1. cap. 23.

§. 33. Si forte aderit Nuntius Apostolicus cum
facultate Legati de Latere intra fines suæ Legationis
aut Visitator Apostolicus, Episcopus, thurificantur
ante Archiepiscopum & Episcopum. Sed si Nuntius
Apostolicus non habet talem facultatem, vel Visita-
tor non sit Episcopus, post Episcopum & Archiepisco-
pum, & hoc intelligatur quando Nuntius, & Visitator
sunt in loco eorum iurisdictionis. Si aderunt Archie-
piscopus & Episcopus hospites, thurificandi sunt post
Episcopum proprium.

Si fortè aliquis S. R. E. Cardinalis esset Episcopus
Suffraganeus præsente suo Metropolitano, non Car-
dinalis, thurificandus est prius ipse Cardinalis, ob re-
uerentiam officij & dignitatis Cardinalis; Post præ-
dictos thurificantur, si aderunt, Protonotarij de nu-
mero participantium, deinde Nuntij Apostolici Præ-
lati non existentes in loco eorum iurisdictionis, sed
transeuntes, tum Dignitates, & Canonici secundum
eorum ordinem, videlicet primò dignitates, deinde
Canonici Presbyteri, tum Diaconi, mox Subdiaconi, si
Præbenda sint distincta; tum, si aderunt Abbates be-
nedicti, & post eos, & erunt aliqui Protonotarij supernu-
merarij

merarij, nisi essent consanguinei alicuius Maximi Principis, qui pro eius iudicio; & prudentia thurificari poterunt loco conuenienti ante Dignitates, & Canonicos. Generales Ordinum post Abbates, & Prototonarios Supernumerarios. Vicarius Episcopi pro consuetudine Ecclesiarum, Et hæc quo ad personas Ecclesiasticas. Quod vero ad Laicos, Dominus loci Princeps, Magnus, non recognoscens Superiorem thurificatur immediate post Episcopum. Imperator tamen, & Rex indistinctè, ante Episcopum sunt thurificandi. Proteges verò & Gubernatores regnorum, & Prouinciarum immediate post Episcopum; Magistratus ciuitatum post Dignitates & Canonicos thurificantur, nisi sint de maioribus & perpetuis, qui thurificantur ante Canonicos, nisi rursus Canonici sint parati, quia tunc & ipsi thurificantur post Canonicos paratos Barones, & Dominicelli sine titulo, post Magistratus omnes.

Carem. Epif. loco citato.

§. 35. Si aliqua esset mulier insignis, vt Regina, vel Magna Principissa, vtique & ipsi thus dari conuenit in loco, vbi daretur eius viro si adesset. Regulariter tamen foemina non debent incensari non obstante consuetudine. Sac. Cong. Rit. in Lucerina 3 Iunij 1617. Sed aliquando remittitur arbitrio Episcopi. Eadem Cong. in Placentina 28. Ian. 1612.

Carem. Epif. iisdem.

§. 36. Quod ad numerum thurificationum attinet, aduertere debet Diaconus, vt numerum thurificationum obseruet pro qualitate rerum & personarum quæ thurificantur. Nam SS. Sacramentum, Crux Altaris, Archiepiscopus, vel Episcopus & Abbates in eorum Ecclesijs, thurificantur triplici ductu; Dignitates & Canonici, duplici ductu, inferiores vnico ductu: si adesset Legatus, vel alij Cardinales, ipsi ter, Episcopus, & Celebrians bis, Dignitates & Canonici semel, cæteri sine mora.

§. 37. Si vero adsit Dominus loci Laicus, vel alius Princeps Maximus, ter vt Episcopus, Celebrans, Dignitates & Canonici, bis, cæteri, semel, nisi rursus adessent Legatus, vel alij Cardinales quo casu duplici ductu thurificatur, sicut Episcopus, Dignitates vero, & Canonici tunc vnico tantum ductu thurificantur, vt proxime dictum est. Hæc omnia ex Car. Episc. lib 1 c. 23. quæ id eo libenter huic adducta sunt vt ijs satis fiat qui forte huiusmodi Cæremionali carent, & vt sciat vnusquisque quid agendum sit ei, quando simul congregantur huiusmodi personæ, licet rarissimè hæc eueniant.

§. 38. Cele-

Tir XIV.
degit toties
& post.
hostia dicens
bus digitis de
i assister, hic
Clero, Diaconu
erum ab eoder
icationem obla
pet, diligenter
do seruandus in
rt numerus thur
ate personarum
er'onas quæ in
ari thurificatur
i aderit, vel et
chiepiscopus il
Episcopus non
st quem imme
coni assistentes
asu quo non sit
ostolicus cum
sua Legationis
, thurificantur
sed si Nuntius
tem, vel Visita
& Archiepisco
us, & Visitator
lerunt Archie
andi sunt post
stet Episcopi
ano, non Car
rdinalis, ob re
lis: Post præ
notarij de nu
postolici Præ
ditionis, sed
ici secundum
itates, deinde
Subdiaconi, si
t Abbates be
tarij supernu
merarij,

§. 38. Celebrans semper triplici ductu incensandus est, si nullus sit eo maior, cui triplex ductus debetur, ut supra dictum est, ob dignitatem eius Ecclesiasticam maiore verò presente semper duplici ductu, quamvis eius collegiales vnicò tantum ductu thurificentur. An verò Celebrans simplex sit incensandus triplici ductu presente tantum Episcopo extraneo, & non proprio, qui debet incensari triplici ductu, sicut etiam an presente aliquo Principe tantum, & non Episcopo proprio qui etiam thurificandus est triplici ductu, ipse etiam Celebrans sit incensandus triplici ductu, dubitatur & iudicandum Superioribus relinquitur.

§. 39. Vicarius Generalis Episcopi, duplici etiam ductu thurificatur, nisi sit Prælatus. Sacr. Congr. Notuum in Nepefina 14. Ianuarij. Aduerte autem, quòd in Germania Archiepiscopi & Episcopi soleant passim habere tres generales Vicarios, iuxta triplicem eamque distinctam, vnicuique ex proprio tum officio competentem, tum diuerso circa quod versantur, foro tributam Iurisdictionis potestatem: quorum primus vtiturè *Suffraganeus* alter absolute *Vicarius*, tertius proprie *Officialis* nuncupatur. Ita à Serenissimo ac Reuerendissimo Domino D. Maximiliano Henrico Archiepiscopo ac Principe Electore Coloniensi, vtriusque Bavarix Duce in sua Archidicœcesi Coloniensi discretè constitutum est, vti videre licet ex ipsius desuper edito diplomate, quod plenioris cognitionis causà, circa finem huius libelli lubet adijcere.

TITVLVS XV.

De officio Diaconi in Missis solemnibus pro Defunctis, & in absolutione Defunctorum post eandem.

*Castaldus
praxicarem.
lib. 2. sect. 7.
c. 6 p. 1.*

I. Diaconus in Missis Defunctorum ministrans numquam Celebrantis manum, nec aliquid ei porrigens osculatur: non ministrat incensum in principio Missæ: non petit benedictionem ad Euangelium: neque incensat librum ante Euangelium nec postea Celebrantem; neque